Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Ideo magnificatae sunt & ditatae. Incrassatae sunt & inpinguatae. & praeterierunt sermones meos pessimae., Causam non iudicaverunt & causam siue iudicium pauperum non
dixerunt. iudicium pauperum siue iudicare non iudicaverunt., Numquid super his non ulciscetur dns. aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea.,
Si uolueris adnotare per singula. quae in lxx editione praeter missa sunt. longum fiat
quae tendunt ad insidias. & aliorum iudicatio labantur., Ideo magnificatae sunt
ditatae. quia superiores fecerunt., Incrassatae sunt & inpinguatae. Iuxta
illud quod scriptum est., Incrassatus. e. & inpinguatus. & recalcitrauit dilec-
tus. & praeterierunt sermones meos., Quia diuitiarum conscientia. Illud
dixerunt de euangelio., Ecce habes multa bona posita in annos plurimos.
requiescere comede bibe & epulare., Praeterierunt autem in malum sui
cunctosque homines despicientes. non posuerunt diiudicium ante oculos suos.
pupillum & pauperes contempserunt., Pro quo lxx dixerunt. Iudicias.
Quod in hebraeo non habetur., hebionim quippe propriae pauperes non iudicias
sonant., Quod autem sequitur., Numquid super his non ulciscetur dns.
aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea. Iam superiuscis sedium.,
Stupor & mirabilia facta sunt in terra., Prophetae prophetabunt mendacium
siue iniquitatem., Sacerdotes ad plaudebant manibus suis. & populus meus
dilexit talia., Quid igitur facietis in nouissimo siue post haec.,
Superiuscis dixerunt. ibo ad optimates. & loquar eis. forsitan ipsi cognouerunt uiam
dni. & ecce magis hi pariter confregerunt iugum ruperunt uincula.,
Nunc describit qui sint optimates. Prophetae uidelicet & sacerdotes. Quo
rum alii futura praedicunt. alii facienda ex lege docent.. Et ecce
in quid illis mendacium prophetarum & sacerdotes manibus ad plauserunt. & ut
ostendatur ne populus. e. sine culpa quia ab illis adducatur., Scriptum est.,
Et populus meus dilexit talia. Quondam meus. & post quam dilexit meus. e.
desiuit., Quid igitur facient cum nouissimum iudicii tempus aduenerit.
siue capiuntur a necessitate., Unde stupor & mirabilia sunt. Quod nec in
principibus nec in populo [illegible] inuentus. e. qui [illegible] sentire.,
Consolamini filii [illegible] audietur in Rama beniamin in medio hierusalem. & in thecua